ad instantiam Generosi Alberti Borowski Suum eius Successorem
ad Officium seu Judicium quodvis Regni extunc erexit et supra
scripto quod ad respondendum spectat mediante semper in scriptione
citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere re
spondere Vadium praefactum luere inscriptioni praesenti satisface
re ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus eun
dem terminum primum peremptorium Vi et alios omnes exinde
Consequentes causas eisdem terminis semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quietatorem
vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non diffe
rendo ad quietationem Vera praesentes causis Judicy et Offi
cii Regni terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motio
nes appellationes ac earum prosequiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibusque
fatalibus Juris proscriptione terrestri bello conventionesque ac alys
omnibus Juris medys et defensis non subterfugiendo nec modo
alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitio
ne ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Belzecki Palatinus Podoliae Inscriptionem approbat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Ca
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnificus
Alexander a Belzec Belzecki Palatinus Podoliae Belzensis
Capitaneus Sanus mente et corpore existens a Terrestri districtibus
Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competentibus
recedendo

recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iu
risdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus
bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpora
do atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum reco
gnovit, Quia ipse liberando Magnificum Georgium a Tenczyn
Ossolinski Capitaneum Petricoviensem ab onere stabilimenti sui Recogno
scentis per inscriptionem Coram Actis Castrensibus Petricoviensibus
Feria Sexta pridie festi Sanctae Margarethae Virginis et Mar
tyris Anno praesenti factae et in rem Generosi Mathiae Stanislai
de Uniesow Uniejski Judicis Terrae Sanocensis recognitae et seniens
assumpto super eandem Inscriptionem tam per memoratum Ma
gnificum Capitaneum Petricoviensem quam et Magnificam Alexandram
a Belice Consortem eiusdem Magnifici Capitanei Petricoviensis Sui
Vero Recognoscentis filiam in rem eiusdem memorati Generosi Iudi
cis Terrae Sanocensis super summa Sex Millium florenorum polonicalium
adscriptae ad priorem summam Decem Millium florenorum polon.
modo Obligatorio in bonis Villa Grochowce et Sortiebilibus ipse
Terrae Premisliensis factae et recognitae et ad Acta praesentia die
hodierna per oblatam porrectae Suo in tenore patet quo ad
personam Suprascripti Magnifici filii Sui consensit eandemque
Inscriptionem in omnibus eiusdem punctis clausulis conditionibus appro
bat confirmat et ratificat per hanc Suam praesentem personalem recogni
tionem ad Acta praesentia mediante.

Ilniccy et Krzeczkowscy
Compromissum roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Nicolaus Pater
Theodorus et Stephanus filii Ilniccy fratres inter se germani

ab una